


BIBLIOTEKA  
Zakł. Nar. im. Ossolińskich

VIII 15513


BIBLIOTEKA  
Zakł. Nar. im. Ossolińskich

15513



Teol. 4211.

MISSÆ  
PRO  
DEFUNCTIS  
FUXTA USUM  
ECCLESIÆ ROMANÆ  
CUM ORDINE & CANONE  
EXTENSÆ.



CUM SPECIALI LICENTIA  
ORDINARII.

Typis Clari-Montis Częstochoviensis.

Anno Domini. M DCC. XXXVIII.

86477

# RITUS CELEBRANDI MISSA M PRO DEFUNCTIS.

De his, quæ omittuntur in Missa pro Defunctis.

I.

**M**issa pro Defunctis ante Confessionem non dicitur Psalmus, **Judica me Deus**, sed pronuntiata Antiphonā, **Introibo ad Altare Dei**, & responso à Ministro, **Ad Deum qui lætitat, &c.** dicitur. **Ad iutorium nostrum, & Confessio**, cum reliquis ut supra. Cùm Celebrans ad Altare incipit **Introitum**, non signat se, sed manu dexterâ extensa, facit signum Crucis super librum, quæ si aliquem benedictus. Non dicitur **Gloria Patri**, sed post Psalmum repetitur, **Réquiem aeternam**, nec dicitur **Gloria in excelsis**, nec **Alleluia**, nec **Iube Domine benedicere**, nec **Dominus sit in corde meo**, nec osculatur librum in fine. Non dicitur **Credo**, non benedicitur aqua in Calicem fundenda; dicitur tamen **Oratione**, **Deus qui humanæ substantiæ &c.** Cùm lavat manus, in fine Psalmi. **Lavabo inter innocentes**, non dicitur **Gloria Patri**. **Ad Agnus Dei**, non dicitur **miserere nobis**, cuius loco dicitur, **dona eis requiem**, nec tertio **dona nobis pacem**, cuius loco dicitur, **dona eis requiem sempiternam**, neque percutitur pectus. Non dicitur prima **Oratione ante Communionem**, scilicet, **Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis suis, &c.** nec datur pax. In fine non dicitur, **Ite Missa est**, nec **Benedicamus Domino**, sed **Requiescant in pace**. Et non datur benedictio, sed dicto **Placeat**, & osculato Altari, dicitur ut supra: **In principio erat Verbum, &c.** Alia omnia ut in alijs Missis.

II. In Missa solemni non incensatur Altare ad Introitum, & Subdiaconus finita Epistolâ non osculatur manum Celebrantis nec benedicatur. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur Celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Evangelium, nec portatur incensum sed duo tantum Acolythi sine candelabris stant, unus à dextris & alter à sinistris, Subdiaconi tenentis librum Evangeliorum. Non incessit liber, nec in fine Celebrans, nec defertur liber Evangeliorum osculandus. Oblata & Altare incensantur ut supra: incensator solus Celebrans, & non incensantur alii. Subdiaconus non tenet Patenam post Celebrantem, sed tempore Elevationis Sacramenti genu flexus in cornu Epistolæ illud incensat. Ministri cum aliquid porrigitur Celebranti, in hac Missa non osculantur eius manum, neque rem quæ porrigitur.

III. Si distribundæ sunt candelæ, distribuantur post Epistolâ, & accendantur ad Evangelium, ad Elevationem Sacramenti, & post Missam, dum fit Absolutio. Si habendus est sermo, habeatur finitâ Missâ ante Absolutionem.

IV. Finitâ Missâ, si facienda est Absolutio,

Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi exiit Casula, & deposito manipulo accipit Pluviale nigrum, Subdiaconus medius inter eos Acolythus cum candelabris accensis, defert Crucem sicut in Processionibus precedentibus duobus aliis Acolythis, uno cum Thuribulo & navicula incensi, alio cum vale atque benedictæ & aspersorio, sequitur Celebrans, factâ prius Altari reverentia, & Diaconus a sinistris eius. Subdiaconus cum Crucis fistis se ad pedes turuli, seu lectice mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythus tenentes lumenaria. Celebrans verò ex alia parte in capite loci inter Altare & tumulum, aliquantum versus cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat: a sinistris eius Diaconus, & propè eum alij duo Acolyti deferentes Thuribulum & vas aquæ benedictæ. Interim cantatur, **Libera me Domine**. Et circa illius finem Celebrans ponit incensum in Thuribulum, benedicens illud more solito, ministrante Diacono naviculam, & finito **Kyrie eleison**, incipit intelligenti voce. **Pater noster**. Et secreto prosequendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi & factâ Altari reverentia, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente simbream anteriorem Pluvialis, circuiens tumulum, aspergit illum aquâ benedictâ, ter à parte dextra, & ter à parte sinistra. Cùm transit ante Crucem, profundè se inclinat, Diaconus verò genuflexit, postea de manu eiusdem Diaconi accipit Thuribulum, & eodem modò, quô asperserat, incensat. Et rediens ad pristinum locum, Diacono tenente librum, jundis manibus dicit.

- ¶. Et ne nos inducas in tentationem.
- ¶. Sed libera nos à malo.
- ¶. A porta inferi.
- ¶. Erve Domine animam ejus.
- ¶. Requiescant in pace. ¶. Amen.
- ¶. Domine exaudi orationem meam.
- ¶. Et clamor meus ad te veniat.
- ¶. Dominus vobiscum.
- ¶. Et cum spiritu tuo.

## OREMUS.

**A**bsolve, quæsumus Dómine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis glória, inter Sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dóminum nostrum. ¶. Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextrâ super tumulum dicit.

- ¶. Requiem aeternam dona ei Dómine.
- ¶. Et lux perpetua lucat ei.
- Et dicto. Requiescant in pace, ¶. Amen. Præcedente Cruce redit cum alijs ad Sacristiam.
- Si Officium fit pro pluribus Defunctis, omnia dicantur in numero plurali.

XVIII - 15513-17

ORDO

# ORDO MISSÆ PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos paratus cùm ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia, signat se signo Crucis à fronte ad pectus, & clara voce dicit.



In nomine Patris  
& Filii, & Spiriti  
sani Sancti. Amen

Deinde junctis  
manibus ante pe-  
ctus, incipit Anti-  
phonam.

Introibo ad Altare Dei.

Ministri respondent:

Ad Deum qui lætificat juven-  
tutem meam.

Signat se dicens:

¶. Adiutorium nostrum in no-  
mine Domini.

¶. Qui fecit cœlum & terram

Deinde junctis manibus, profun-  
dè inclinatus facit Confessionem.

**C**onsiteor Deo omnipotenti  
beatæ Maræ semper Virgi-  
ni, beatæ Michæli Archangelo,  
beato Ioanni Baptiste, Sanctis A-  
póstolis Petro & Paulo, omnibus  
Sanctis, & vobis fratribus: quia pec-  
cavi nimis cogitatione, verbo &  
ópere. **Percutit sibi pectus ter, di-  
cens.** Mea culpa, mea culpa, mea  
maxima culpa. Idcirco precor Beá-  
tam Mariam semper Virginem, be-  
atum Michaélem Archangélem,  
beatum Ioannem Baptistam, San-  
ctos Apostolos Petrum & Paulum  
omnes Santos & vos fratres, ora-

re pro me ad Dominum Deum  
noscum.

Ministri respondent.

**M**isereátur tui omnípotens  
Deus, & dimissis peccatis  
tuis, perducat te ad vitam æter-  
nam.

Sacerdos dicit. Amen. Et cri-  
git se.

Deinde ministri repetunt Con-  
fessionem, & ubi à Sacerdote di-  
cebatur, vobis fratres, & vos fra-  
tres, à ministris dicitur, tubi Pater  
& te Pater.

Postea Sacerdos junctis mani-  
bus facit absolutionem, dicens:

**M**isereátur vestri omnipo-  
tentis Deus, & dimissis pec-  
catis vestris, perducat vos ad vitam  
eternam. ¶. Amen.

Signat se signo Crucis dicens.

**I**ndulgientiam, absolutionem,  
& remissionem peccatorum  
nostrorum, tribuat nobis omni-  
potens & misericors Dominus.

¶. Amen.

Et inclinatus prosequitur.

¶. Deus tu conversus vivificabis  
nos.

¶. Et plebs tua lætabitur in te.

¶. Ostende nobis Domine mis-  
ericordiam tuam.

## Ordo Missæ pro Defunctis.

4

- ¶. Et salutare tuum da nobis.  
¶. Domine exaudi orationem meam.  
¶. Et clamor meus ad te veniat.  
¶. Dominus vobiscum.  
¶. Et cum spiritu tuo.  
Et extendens ac jungens manus,  
clarà voce dicit, Oremus, &  
ascendens ad Altare, dicit Secreto.

**A**Vfer à nobis, quæsumus Dómine, iniquitates nostras: ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mèntibus introire. Per Christum Dóminum nostrum Amen.

Deinde manibus junctis super Altare, inclinatus dicit.

**O**Ramus te Domine, per merita Sanctorum tuorum. Osculatur Altare in medio, quorum reliquiae hic sunt, & omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

Deinde Celebrans signans se signo Crucis incipit Introitum, quod finitò, junctis manibus alternatim cum ministris dicit.

**K**yrie eléison. Kyrie eléison.  
Kyrie eléison. C hriste eléison.  
Christe eléison. Christe eléison.  
Kyrie eléison. Kyrie eléison.  
Kyrie eléison.

Deinde osculatur Altare in medio, & versus ad populum dicit.

- ¶. Dominus vobiscum.  
¶. Et cum spiritu tuo.

Postea dicit, Oremus, & Orationes, unam aut plures, ut ordo Missæ postulat, sequitur Epistola, Graduale, Tractus, cum Versu aut Sequentia, ut tempus postulat.

Deinde delato Missali ad cor.

nu Evangelij, inclinatus in medio, junctis manibus dicit.

**M**unda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia laicæ Prophétæ cálculo mundasti ignito, ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum dignè valorem nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde conversus ad librum, junctis manibus dicit.

- ¶. Dominus vobiscum.

- ¶. Et cum spiritu tuo.

Et pronuntians, Sequentia sancti Evangelij, secundum Ioannem, pollice dextræ manus signat librum in principio Evangelij quod lectorus est; deinde se in tronte, ore & pectore, & respondet, Gloria tibi Domine. Et legit Evangelium, quod finitò, respondet minister. Laus tibi Christe. Et immediate osculatur Altare, & versus ad populum dicit. ¶. Dominus vobiscum. ¶. Et cum spiritu tuo. Postea dicit, Oremus, & Offertorium. Quod dictò, accipit patenam cum Hostia, quam offensens, dicit.

**S**uscipe Sancte Pater, omnipotens æterne Deus hanc immaculatam Hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero pro innumerabilibus peccatis, & offenditibus, & negligentijs meis, & pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis: ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Deinde faciens Crucem cum eadem

## Ordo Missæ pro Defunctis.

5

eadem patena, deponit Hostiam super corporale Et mittens vinum in Calicem, & aquam non benedicens dicit.

**D**eus, qui humānæ substātiæ dignitatē mirabiliter condidisti, & mirabiliūs reformāsti, da nobis per hujus aquæ & viñi mystériūm, ejus divinitatis et se consortis, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps Iesus Christus, Filius tuus Dóminus noster. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia s̄ecula s̄eculorum. Amen.

**Postea accipit Calicem, & offers dicens.**

**O**fferimus, tibi Domine Cálicem salutariis, tuam deprecantes clementiam: ut in compéctu divinæ M̄festatis tuæ pro nostra & totius mundi salute cum ōdore suavitatis ascéndat. Amen.

**Deinde facit signum Crucis cum Calice, & illum ponit super corporale, & pallâ cōoperit: tum junctis manibus super Altare, aliquantulūm inclinatus dicit.**

**I**n spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te Dómine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Dómine Deus.

**Erectus expandit manus, eaque in altum porrectas jungens, elevatis ad cœlū oculis, & statim demissis dicit.**

**V**eni sanctificator omnipotens xterne Deus, Benedic o. blata, prosequendo, & bénedictio dic

hoc sacrificium tuo sancto nōmini præparatum.

**Deinde Sacerdos lavat manus, dicens.**

**L**avabo inter innocentes manus meas: \* & circūmdabo altare tuum Dómine

**V**t audiam vocem laudis: \* & enarrē univerſa mirabília tua.

**D**ómine dilexi decōrem domus tuæ: \* & locum habitationis gloriæ tuæ.

**N**ē perdas cum īpījs animam meam: \* & cum viris langvinum vitam meam.

**I**n quorum manib⁹ iniquitates sunt, \* déxtera eōrum replēta est munērib⁹.

**E**go autem in innocentia mea ingrēssus sum \* redime me, & misere mei.

**P**es meus stetit in directo, \* in Ecclesijs benedic te Dómine.

**Non dicitur Gloria Patii.**

**Deinde aliquantulūm inclinus in medio Altaris, junctis manib⁹ super eo dicit.**

**S**vīcipe Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offērimus ob memoriam Passionis, Rēsurrectionis, & Ascensionis IE&V Christi Dōmini nostri, & in honore Beatæ Mariæ semper Virginis, & beati Ioannis Baptistæ, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & istorum, & omnium Sanctorum, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem & illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriā agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen

# Ordo Missæ pro Defunctis.

**P**oستea osculatur Altare, & ver-  
sus ad populum, exténdens &  
jungens manus, voce paululùm  
elevata dicit,

**O**RATE fratres, ut meum ac ve-  
strum sacrificium acceptábi-  
le fiat apud Deum Patrem o-  
mnipotentem.

**M**inister, seu circumstantes re-  
spondent, alioquin ipsemet Sacer-  
dos.

**V**iscipiat Dóminus sacrificium  
de manibus tuis (vel meis) ad  
laudem & gloriam nominis sui, ad  
utilitatem quoque nostram, totu-  
isque Ecclesiæ suæ sanctæ.

**S**acerdos submissa voce dicit Am-  
Deinde manibus extensis ab-  
solute tñè Orémus, subiungit  
Orationes secretas. Quibus finitis  
cùm pervenerit ad conclusionem,  
clara voce dicit. Per omnia sa-  
cula sæcul'orum, cum Præfatione  
sequentia. Præfatio incipit am-  
plius manibus positis hinc inde  
super Altare, quas aliquantulùm  
elevat cùm dicit, Sursum corda  
Iungit eas ante pectus, & caput  
inclinat, cùm dicit, Gratias aga-  
mus Dómino Deo nostro.

Deinde disiungit manus, &  
disiunctas tenet u'que ad finem  
Præfationis, quâ finita iterum jun-  
git eas. & inclinatus dicit, Sanctus  
Et cùm dicit, Benedictus, qui ve-  
nit, signum Crucis sibi producit  
à fronte ad pectus,

**P**er omnia sæcula sa-

culorum. Amen. y. Do  
 minus vobiscum. Et  
 cum spiritu tuo o. y. Sursum  
 cor da. Habemus ad  
 Domini num. y. Grati as  
 agamus Dño Deo nostro.  
 y. Dignum & justum est.  
 Verè dignum & justum est,  
 æquum & salutare, nes tibi  
 semper, & ubique gratias  
 agere. Dómine sancte Pa-  
 ter, o-

ter, omnipotens, æterne  
 Deus: per Christum Dó-  
 mi num nostrum. Per  
 quem ma je statem tu am-  
 laudant An geli, adó-  
 rant: Do mi na ti ó nes,  
 tremunt Po te sta tes. Cæ-  
 li, cælorumque virtutes,

ac be à ta Séraphim, fo-  
 ci a exultá ti o ne con-  
 cé le brant. Cum qui bus  
 & nostraras voces, ut ad-  
 mitti júbeas deprecâm ur,  
 supplici confessione dicént es.  
**A**nctus, sanctus, sanctus, Dó-  
 minus Deus Sabaoth.  
**P**leni sunt cœli & terra gloriâ  
 tua.  
**H**osanna in excelsis.  
**B**enedictus qui venit in nomine  
 Domini.  
**H**osanna in excelsis.



CANON



# CANON MISSÆ PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos extendens & jungens manus, elevans ad cœlum oculos, & statim demittens, profundè inclinatus ante Altare, manibus super eo positis, dicit:

**T**e igitur, clementissime Pater, per Iesum Christum Filium tuum Dóminum nostrum, supplices rogámus ac pétimus, **Osculatur Altare, uti accépta hábeas;** & benedicas, **Jungit manus, deinde signat ter super oblata,** hæc **✗ dona, hæc ✗ múnera, hæc ✗ sancta sacrificia illibáta,** **Extensis manibus prosequitur;** in primis quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta Cathólica: quam pacificare, custodire, adunare, & régere dignéris toto orbe terrârum: unà cum fámulo tuo Papa nostro **N.** & Antistite nostro **N.** & omnibus orthodoxis, atque Cathólicæ & Apostólicæ fidei cultoribus.

**Commemoratio pro vivis.**

**M**eménto Domine famularū que tuárum **N. & N.** **Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit:** deinde manibus extensis prosequitur: Et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio, pro quibus tibi offérimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisq; ómnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumentatis suæ: tibique redundunt vota sua ætérno Deo, vivo & vero.

**Infra Actionem.**

**C**ommunicantes, & memóriam venerantes, in primis gloriósæ semper Virginis MARIÆ, genitricis Dei & Domini no-

**Canon Missæ pro Defunctis.**

stri IESV Christi: sed & beatōrum Apostolōrum ac Mártyrum tuōrum Petri & Pauli, Andréæ, Jacobi, Joánnis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi: Simônis & Thad-dæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélij, Cypri-áni, Lauréntij, Chryfógo-ni, Joánnis & Pauli, Co-smæ & Damiáni: & ómniū Sanctōrum tuōrum: quo-rum méritis precibüsque concédas, ut in ómnibus protectionis túæ muniâ-mur auxilio. **Jungit manus.**

Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, Amen

**Tenens manus expansas  
super oblata dicit:**

**H**anc igitûr oblatiō-nem servitûtis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ quæsumus Dómine, ut placatus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in Electorum tuōrum jubeas grege numerári. **Jungit manus.** Per Christum Dóminum nostrum, Amen.

**Q**uam oblationem tu Deus in omnib⁹, qua-sumus, **Signat ter super oblata,** bene **Edictam,** ad-scri **Optam,** ra **Itam,** ra-tionabile, acceptabile-que facere dignēris: **Si-gnat semel super Hostiam** & semel super Calicem ut nobis Cor **Ipus,** & San**F**ugis fiat dilectissimi Filii tui Dómini nostri Je-su Christi.

**Q**ui príde quām pate-rétur, **Accipit Hosti-am:** accépit panem in san-ctas ac venerabiles manus suas: **Elevat oculos ad cœ-lum:** & elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, **Signat super Hostiam:** bene **Edixit,** fre-git, deditque discípulis suis, dicens: **Accípite,** & manducáte ex hoc omnes.

**Tenens ambabus manibus Hostiam** inter indices & pollices, profert verba consecrationis secretè, distinc-tè & attente.

**Hoce est enim Cor-pus meum.**

**Prolatis verbis consecrationis,**

## Canon Missæ Pro Defunctis.

11

Statim Hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, reponit super Corporale, iterum adorat: & non disjungit pollices & indices, nisi quando Hostia tractanda est, usq; ad ablutionem ditorū. Tunc detecto Calice dicit:  
**S**imili modo postquam cœnatum est, Ambabus manibus accipit Calicem, accipiens & hunc præclarum Cálicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi grātias agens, **S**nistrâ tenens Calicē, dextrâ signat supereū, bene **X** dixit deditque discipulis suis dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis secrētæ super Calicem, tenens illum patrum elevatum.

**H**ic est enim Cālix Sánguinis mei novi & æternitéstamenti: mystérium fidei: qui provobis & pro multis effundetur in remissiōnem peccatorum.

Prolatus verbis consecrationis, deponit Cálicem super Corporale, & dicens secrētæ:

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriā faciētis.

Genusflexus adorat: surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, & iterum adorat.

Deinde disjunctis manibus dicit  
**U**Nde & mémores, Domine, nos servi tui, sed & plebs tua sancta, ejusdē Christi Filii tui Dómini nostri tam beatæ Passiōnis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in cælos gloriösæ Ascensiōnis: offérimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis, Jungit manus, & signat ter super Hostiam & Calicem simul, Hóstiam **X** puram, Hóstiam **X** sanctam, Hóstiam **X** immaculatam, Signat semel super Hostiam, & semel super Calicē: Panem **X** sanctum vitæ æternæ, & Cálicem salutis **X** perpetuæ.

Extensis manibus prosequitur:  
**S**upra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: & accépta habé-

re, sicuti accépta habére dignatus es múnera pueri tui justi Abel, & sacrificiū Patriarchæ nostri Abrahæ: & quod tibi óbtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech. Sanctū Sacrificiū, immaculatam Hostiam.

*Profundè inclinatus junctis manibus & super Altare positis, dicit:*

**S**upplices te rogāmus, Omnipotens Deus: ju be hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspéctu divinæ majestatis tuæ: ut quotquot, **Oscu latur Altare,** ex hac altaris participatiōne sacrosactū Filii tui, **Jungit manus,** &

**Signat semel super Hostiā,** & semel super Calicem Cor **ꝝ** pus, & Sán. **ꝝ** guinem sumpsérimus, **Scipio,** **Signat,** omni benedictione cœlesti & grátia repleāmur. Per eundem Christum Dóminum nostrum, Amen,

**Commemoratio pro Defunctis.**

**M**emēto étiam Dómine, famulorum, famu-

larūmque tuârum **N.** & **N.** qui nos præcessérunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. **Jungit**

**manus,** orat aliquantulūm pro iis Defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur: Ipsis Dómine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigérij, lucis & pacis, ut indulgeas, deprecāmur. **Jungit manus,** & caput inclinat. Per eundem Christum Dóminum nostrum, Amen.

**M**anti dextera percutit sibi pectus elata parum voice dicens:

**N**obis quoque peccatóribus famulis tuis, de multitúdine miseratiōnum tuârum sperántibus, partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apóstolis & Martyribus: cum Joánnē Stéphano, Matthia, Bárbara, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnête, Cæcilia, Ana-

Canon Missæ Pro Defunctis.

13

Anastasia. & omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non aestimatur meriti, sed venia quæsumus largitor admittit.

**Jungit manus.** Per Christum Dominum nostrum

**P**er quem haec omnia, Domine, semper bona creas. Signat tecum super Hostiam & Calicem simul, dicens: sancti ficas, vivi ficas, bene dicis, & praestas nobis.

Discooperit Calicem genuflectit, accipit Sacramentum dexterâ, tenens sinistrâ Calicem: signat cum Hostia tecum à labio ad labium Calicis, dicens:

Per ipsum, & cum ipso, & in ipso, bis signat inter Calicem & patrem, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, Elevans parum Calicem cum Hostia, dicit: omnis honor & gloria. Reponit Hostiam, cooperit Calicem, genuflectit, surgit & dicit

**P**er omnia facta laetetur  
cu lorum. **x.** Amen.

Oremus. Praeceptis salu-  
taribus moniti, & divina  
institutione formati, au-  
demus dico re.

Extendit Manus.

**P**ater noster, qui es in cæ-  
lis: Sanctifice tur no men-  
tu um. Adveniat regnum  
tu um: Fiat voluntas tua,  
sic ut in cœlo, & in terra.

## Canon Missæ Pro Defunctis.



Sacerdos submissa voce dicit: Amen.

Deinde accipit Patenā inter indicem & medium digitos, & dicit:

**I**lbera nos, quæsumus Dómine, ab omnibus malis præteritis, præséntibus, & futuris: & interce-

dénte beáta & gloriósa sé per Vírgine Dei genitrice María, cum beatis Apóstolis tuis Petro & Paulo, atque Andréa, & ómnibus Sanctis, Signat se cùm Patena à fronte ad pectus, & eam osculatur: da propitiū pacem in diebus nostris: ut opé misericórdiæ tuæ adjuti, & à peccátos sumus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Submittit Patenam Hostiæ, discooperit Calicem genuflectit, surgit, accipit Hostiam, frangit eam super Calicem per medium, dicens: Per eundē Dóminū nostrum Jesum Christum Filium tuum. Partem, quæ in dextera est, ponit super Patenam. Deinde ex parte quæ in sinistra remansit, frangit particulam, dicens. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus. Aliam medium partē cum ipsa sinistra ponit super Patenam, & dextera tenens particulā super Calice, sinistra Calicem, dicit:

Per

**P**er ómni a sæ cu la sæ-  
cu lò rum. Amen.

Cum ipsa particula signat  
ter super Calicem, dicens:

Pax Dómini sit sem-  
per vobis cum. Et  
cum Spíri tu tu o.

Particulam ipsam immittit  
in Calicem, dicens secrètè:

**H**æc commixtio & cō-  
secratiō Córporis &  
Sanguinis Dómini nostri  
Jesu Christi, fiat accipiēn-  
tibus nobis in vitam ætér-  
nam, Amen.

Cooperit Calicem, genu-  
flectit, surgit, & inclinatus  
Sacramento, junctis mani-  
bus dicit:

Agnus Dei, qui tollis pec-  
cata mundi: dona eis re-  
quiem.

Agnus Dei, qui tollis pec-  
cata mundi: dona eis re-  
quiem.

cata mundi: dona eis ré-  
quiem.

Agnus Dei, qui tollis pec-  
cata mundi: dona eis ré-  
quiem sempiternam.

Deinde junctis manibus  
super Altare, inclinatus di-  
cit sequentes Orationes.

**D**omine Jesu Christe.  
**D**omi Dei vihi, qui ex  
voluntate Patris, coope-  
ránte Spíritu sancto, per  
mortem tuam mundum vi-  
vificásti: libera me per hoc  
sacro sanctum Corpus, &  
Sanguinem tuum, ab ómni-  
bus iniquitatibus meis, &  
universis malis: & fac me  
tuis semper inhærere man-  
datis. & à te nunquam se-  
parari permittas: Qui cum  
eodem Deo Patre & Spíri-  
tu sancto vivis & regnas  
Deus in sæcula seculo-  
rum, Amen.

**P**erceptio Córporis tu-  
i Dómine Jesu Christe,  
quod ego indignus sume-  
re præsumo, nō mihi pro-  
véniat in judicium & con-  
demnationem: sed pro tua  
pietate prosit mihi ad tuta-  
ris,

ris. & ad medelam percipiendam. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Sp̄iritus sancti Deus, per omnia s̄ecula s̄eculorum, Amen.

**Genuflectit, surgit, & dicit:**  
**P**anem cælestem accipiam, & nomen Domini invocabo.

Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes Hostiæ inter pollicem & indicem sinistræ manus, & Patenam inter eundem indicem & medium supponit, ac dexterâ percutiens pectus, elevatâ aliquantulum voce, dicit ter devotè & humiliter:

**D**omine, non sum dignus, ut intres sub tetrum meum: sed tantum dic verbō, & sanabitur anima mea,

Postea dexterâ se signans cum Hostiâ super Patenam, dicit:

**C**orpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.

Sumit reverenter ambas

partes Hostiæ, jungit manus, & quiescit aliquantulum in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si quæ sint, extergit Patenam super Calicem, interim dicens.

**Q**uid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero.

Accipit Calicem manu dexterâ, & eō se signans, dicit:

**S**anguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.

Sumit totum Sanguinem cum particula. Quo sumpto, postea dicit:

**Q**uod ore sūmpsimus Domine, pūra mente capiamus: & de múnere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

temporali fiat nobis re-  
medium iempiternum.

Interim porrigit Cali-  
cem ministro, qui infun-  
dit in eo parum vini, quo  
se purificat: deinde pro-  
equitur:

**C**orpus tuum Dómine  
quod sumpsi, & San-  
guis, quem potavi, adhæ-  
reat visceribus meis: &  
præsta, ut in me non re-  
máneat scélerum macula,  
quem pura & sancta refe-  
cérunt sacramenta. Qui  
vivis & regnas in sæcula  
sæculorum, Amen.

Abluit digitos, exter-  
git, & sumit ablutionem:  
exterget os, & Calicem,  
quem operit, & plicato  
Corporali, collocat in Al-  
tari ut prius: deinde pro-  
sequitur Missam.

Dicto, post ultimam O-  
rationem:

\* Dóminus vobiscum.  
\* Et cum spíritu tuo.

Dicit.

\* Requiéscant in pace.  
\* Amen.

In Missis solemnibus  
hoc tono cantatur.



Requiéscant in pa ce.

Deinde Sacerdos incli-  
nat se ante medium Alta-  
ris, & manibus junctis su-  
per illud, dicit.

**P**lácet tibi sancta Tri-  
nitas, obséquium ser-  
vitutis meæ, & præsta: ut  
sacrificium, quod oculis  
tuæ maiestatis indignus  
obtuli, tibi sit acceptabi-  
le, mihiq[ue], & omnibus,  
pro quibus illud obtuli,  
sit te miserante, propitiâ-  
bile. Per Christum Domi-  
num nostrum, Amen.

Deinde osculato Altari  
legit Evangelium S. Ioan-  
nis.

\* Pítium sancti Evangélij  
secundum Ioánnem.

\* Glória tibi Dómine.

**I**n princípio erat Ver-  
bum, & Verbum erat  
apud Deum, & Deus erat  
Verbum. Hoc erat in pri-  
cipio apud Deum Omnia  
per ipsum facta sunt: & si-  
ne ipso factum est nihil,  
quod factum est in ipso vi-

ta erat, & uita erat lux ho-  
minum & lux in tenebris  
lucet, & tenebræ eam non  
comprehendérunt. Fuit  
homo missus à Deo, cui  
nomen erat Ioánnes. Hic  
venit in testimónium, ut  
testimoniū perhibéret de  
lúmine, ut omnes créde-  
rent per illū. Non erat ille  
lux, sed ut testimónium  
perhibéret de lúmine.  
Erat lux vera, quæ illúmi-  
nat omnem hóminem ve-  
niéntem in hunc mundum.  
In mundo erat, & mundu-  
per ipsum factus est, &  
mundus eum non cónognó-  
vit. In pròpria venit, &  
sui eum non recepérunt.  
Quotquot autem recepe-

runt eum, dedit eis pote-  
stâtem filios Dei fieri, his,  
qui credunt in nómine  
eius: Qui non ex sangu-  
bus, neque ex voluntâte  
carnis, neque ex voluntâ-  
te viri, sed ex Deo nati  
sunt. \* ET VERBUM  
CARO FACTUM EST,  
& habitâvit in nobis: &  
vídimus glóriam eius, gló-  
riam quasi unigéniti à Pa-  
tre, plenum grátiae & ve-  
ritatis.

\* Deo grátias.

Finito Evangelio sancti  
Ioannis, descendens ab Al-  
tari, pro gratiarū actions  
dicit Antiphonā, Triū pu-  
erōrū: cū reliquis, ut habe-  
tur infrà in fine huiuslibri.




  
**MISSÆ**  
**PROPRIÆ**  
**PRO DEFUNCTIS.**  
**IN COMMEMORATIONE**  
**omnium fidelium Defunctorum.**

**Introitus.**

**R**equiem æternam dona eis Dómine: & lux perpetua luceat eis. **Psalm.** Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierúsalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro véniet. **Deinde absolu-**  
**tè repetitur,** Réquiem æternam dona eis Dómine: & lux perpetua luceat eis.

**Oratio.**

**F**idélium Deus ómnium Cón-  
tor & Rèdemptor, animabus famulòrum familiarumque tu-  
ârum, remissionem cunctòrum tríbue peccatòrum; ut indulgén-  
tiam, quam semper optavérunt,  
piis supplicatióibus consequán-  
tur. Qui vivis & regnas cum Deo  
Patre in unitate Spiritus sancti  
Deus, per ómnia sæcula sæculò-  
rum. **Amen.**

**Léctio Epistolæ beáti Pauli  
Apóstoli ad Corínthios.**

**F**ratres, Ecce mystérium vobis  
dico: omnes quidem resurge-  
mus, sed non omnes immutabi-  
mur. In momento, in iectu óculi,  
in novissima tuba canet enim tu-

ba, & mórtui resurgent incorrupti:  
& nos immutabimur. Opórtet enim corruptibile hoc induere incorruptionem; & mortale hoc induere immortalitatem. Cúm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absórpta est mors in victória. Vbi est mors victória tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccátum est: virtus verò peccati lex. Deo autem grátias, qui dedit vobis vi-  
ctoriam per Dóminum nostrum Iesum Christum.

**Graduale.** Réquiem æternam dona eis Domine & lux perpétua luceat eis. **¶** In memória æterna erit justus: ab auditône mala non **¶** timébit.

**Tractus.** Absólve Dómine, áimas ómnium fidélium defunctorum ab omni vínculo delictorum. **¶** Et gratia tua illis succur-  
rénte, mereántur euadere judici-  
um vltoris. **¶** Et lucis æternæ  
beatitudine perfici.

**Sequentia.**

**D**ies iræ, dics illa.  
Solvet sæculum in favilla:  
Teste Dauid cum Sibylla.  
Quantus tremor est futurus.

## Missa propriæ pro Defunctis.

**Q**uando Iudex est venturus,  
 Cuncta strictè discussurus!  
**T**uba mirum spargens sonum  
 Per sepulchra regiōnum,  
 Coget omnes ante Thronum.  
**M**ors stupēbit, & natūra,  
 Cum resūrget creatura,  
 Iudicanti responsura,  
**L**iber scriptus proferétur,  
 In quo totum continētur,  
 Vnde mundus judicetur.  
**I**udex ergo cùm sedēbit,  
 Quidquid latet, apparēbit,  
 Nil inultum remanēbit.  
**Q**uid sum miser tunc dicturus?  
 Quem patrōnum rogaturus.  
 Cùm vix justus sit secūrus.  
**R**ex tremēnde majestatis,  
 Qui saluāndos saluas gratis,  
 Salua me fons pietatis.  
**R**ecordare Iesu pie,  
 Quod sum causa tuæ viæ.  
 Ne me perdas illa die.  
**Q**uarens me sedisti lassus,  
 Redemisti crūcem passus.  
 Tantus labor non sit cassus.  
**I**uste Iudex vltiōnis,  
 Donum fac remissiōnis,  
 Ante diem rationis.  
**I**ngemisco tanquam reus,  
 Culpa rubet vultus meus.  
 Supplicanti parce Deus.  
**Q**ui Mariam absolvisti,  
 Et latrōnem exaudisti,  
 Mihi quoque spem dedisti.  
**P**reces meæ non sunt dignæ:  
 Sed tu bonus fac benigne,  
 Ne perenni cremer igne.  
**I**nter oves locum præsta,  
 Et ab hædis me sequēstra.  
 Statuens in parte dextra.  
**C**onfutatis maledictis,

Flammis acribus addictis,  
 Voca me cum benedictis.  
**O**ro supplex & aclinis,  
 Cor contritum quasi cinis,  
 Gere curam mei finis.  
**L**achrymosa dies illa,  
 Qua resurget ex fauilla,  
 Iudicandus homo reus.  
**H**uic ergo parce Deus,  
 Pie Iesu Dómine,  
 Dona eis réquiem. Amen.  
**S**equentia sancti Euangélij  
 secundum Ioánnem.  
**I**n illo tempore. Dixit Iesus tur-<sup>10</sup>  
 bis Iudæorum. Amen, amen di-  
 co vobis, quia venit hora, & nunc  
 est, quando mórtui audient vocem  
 Filii Dei: & qui audierint, vivent.  
 Sicut enim Páter habet vitam in  
 semetipso, sic dedit & Fílio habé-  
 re vitam in semetipso: & potestá-  
 tem dedit ei judicium facere, quia  
 Fílius hominis est. Nolite mirá-  
 ri hoc, quia venit hora in qua  
 omnes, qui in monuméntis sunt,  
 audient vocem Filii Dei: & pro-  
 cédent qui bona fecerunt, in re-  
 surrectiōnem vitæ: qui verò ma-  
 la egérunt, in resurrectionem ju-  
 dicij.  
**O**ffertorium. Dómine I E S U  
 Christe, Rex gloriæ, libera áimas  
 ómnium fidélium defunctorum de  
 pœnis inferni, & de profundo la-  
 cu: libera eas de ore leonis: ne  
 absórbat eas tártarus, ne cadant  
 in obscurum: sed signifer sanctus  
 Michaél representet eas in lucem  
 sanctam: ★ Quam olim Abrahæ  
 promisisti & sémini eius.  
 ★ Hóstias & preces tibi, Dómine,  
 laudis offérimus: tu suscipe pro  
 ani-

ánimábus illis, quarum hodie memoriā facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahæ promisisti, & sémini eius.

## Secreta.

**H**ostias, quæsumus Domine quas tibi pro ánimabus famulorum familiarumque tuarum offerimus, propitatus intende: ut quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine, ★ Cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es.

℟. Réquiem æternam dóna eis Dómine: & lux perpetua luceat eis. Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es.

## Postcommunio.

**A**nimábus, quæsumus Dómine, famulorum familiarumque tuarum oratio proficiat supplicantium: ut eas & à peccatis omnibus éxuas. & tuæ redemptoris facias esse participes. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Dicto.** Dóminus vobiscum, dicitur, Requiescant in pace. Amen. & non datur benedictio: sed dicto secreto Placeat tibi sancta Trinitas, & osculato Altari, legitur Evangelium sancti Ioannis: In principio erat Verbum, ut moris est.



IN DIE OBITVS.

scu depositionis Defuncti.

Introitus.



Equiæ æternâ dona eis Dómine: & lux perpetua luceat eis. Psal. Te decet hymnus Deus n Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalē exaudi orationē meā, ad te omnis caro véniet. Réquiæ æternâ dona eis Dómine: & lux perpetua luceat eis. ps. 64.

## Oratio.

**D**eus, cui propriū est misereri semper & parcere, te supplices exorāmus pro áima famuli tui (famulæ tuæ) N. quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem sed jubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad pátriam paradisi perducí; ut quia in te speravít & credidit non poenas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filiū tuū: Qui tecū vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

**Lectio** Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

**F**ratres, Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim crédimus quod Iesus mortuus est, & surrexit; ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus qui residui sumus in adventum Domini, non prævenémus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce Ar-

1 Thes. 4. 6.

chāngeli, & in tuba Dei descendet de cælo; & mortui qui in Christo sunt, resūrgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

**Graduale.** Requiem æternam dona eis Domine & lux perpetua luceat eis. **¶** In memoria æterna erit justus; ab auditōne mala non timebit.

**Tractus.** Absolve Domine animas omnium fidelium defunctorū ab omni vinculo delictorum **¶** Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere judicium vltionis. **¶** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

**Sequentia** Dies iræ, dies illa, &c. upra. 19.

**¶ Sequentia S. Evangelij secundum Ioannem.**

**I**n illo tempore; Dixit Martha ad IESVM; Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi IESVS; Resurget frater tuus. Dicit ei Martha; Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. Dixit ei Iesus; Ego sum resurrectio, & vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi, utique Domine, ergo credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

**Canticum.** Domine IESV Christe, Rex gloriæ libera animas omnium Fidelium Defunctorum de poenis inferni, & de profundo lacu; libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum; sed signifer sanctus Michaél repræsentet eas in lucem sanctam; **\*** Quam olim Abrahæ promisisti, & semini ejus.

**¶ Hostias & preces tibi, Domine, laudis offerimus, tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus, fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim.**

### Secreta.

**P**ropitiare, quæsumus Domine, animæ famuli tui, ( famulæ tuæ ) **N.** pro qua hostiam laudis tibi immolamus, majestatem tuam suppliciter deprecantes; ut per hæc placationis officia, pervenire mereamur ad requiem sempiternam Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine, **\*** Cum Sanctis tuis in æternum; quia pius es. **¶** Requiem æternam dona eis Domine; & lux perpetua luceat eis. Cum Sanctis

### Postcommunio.

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus; ut anima famuli tui, ( famulæ tuæ ) **N.** quæ hodie de hoc sæculo migravit, his sacrificijs purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter & requiem capiat sempiternam. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

*Missa propria pro Defunctis.*

*In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis defuncti, dicitur Missa ut supra, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut infra.*

**ORATIO.**

**Q**uæsus Domine, ut animæ famuli tui ( famulæ tuæ ) **N.** cuius depositionis diem tertium, ( vel septimum, vel trigesimum ) commemoranus, Sanctorum atque electorum tuorum largiri dignis consortium: & rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum.

**Secreta.**

**M**inistra, quæsumus Domine, quæ tibi pro anima famuli tui ( famulæ tuæ ) **N.** offerimus, placatus intende: ut remedii purgata cœlestibus, in tua pietate requiescat. Per Dominum nostrum IESUM Christum.

**Postcommunio**

**S**vscipe, Domine, preces nostras pro anima famuli tui ( famulæ tuæ ) **N.** ut si quæ ei mäculæ terrenis contagis adhaerint, remissionis tuæ misericordia deleantur. Per Dominum nostrum

**IN ANNIVERSARIO DEFUNCTORUM**

**Introitius.**

**R**equiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis **Psalmus Te** decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro véniet. **R**equiem æternam

dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **Oratio.**

**D**EUS indulgentiarum Domine, da animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum Anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

**L**ectio libri Machabæorum.

**I**n diebus illis; Vir fortissimus <sup>Ma</sup>chabæus <sup>12.g</sup> Iudas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerendi pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans, ( nisi enim eos, qui ceciderat resurrectos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis ) & quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Santa ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

**Graduale.** **R**equiem æternam dona eis Domine & lux perpetua luceat eis. **I.** In memoria æterna erit justus: ab auditio[n]e mala non timebit. **III.**

**Tractus.** **A**bsolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. Et gratia tua illis succurrénte, mereantur evadere in uitiorum. Et lucis et tuidine perfici.

**Sequentia.** Dics iræ, dies illa, &c.  
**supra.** 19.

**+** **S**equentia S. Evangelij secundum Ioannem.

**I**n illo tempore; Dixit IESVS turbis Iudæorum; Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non ejiciam foras; qui a descendit de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus, qui misit me, Patris; ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo; sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me; ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.

**Offertorium.** Domine IESV Christe, Rex gloriae, libera animas omnium Fidelium Defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu; libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum; sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam; **Quam** olim Abrähæ promisisti, & semini ejus.

**H**ostias & psalmos tibi, Domine, laudis offerimus; tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriem facias, fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam o.

**Secret.**

**R**emittare, Domine, supplicabimur nobis pro animabus famularumque tuarum, quæ dies agitur, quæ offerimus, sacri-

ficium laudis, ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Lux æterna luceat eis Domine, **Cum** Sanctis tuis in æternum; quia pius es. **R**equiem æternam dona eis Domine; & lux perpetua luceat eis. Cum Sanctis.

**Postcommunio.**

**P**rästa quæsumus Domine, ut pánimæ famulorum, famularumque tuarum, quorum Anniversarij depositionis diem commemoramus, his purgatæ sacrificiis indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam. Per Dominum nostrum.

**S**i pro uno fiat Anniversarius, prædictæ Orationes dicantur in singulari numero.

**IN MISSIS.**

**Quotidianis Defunctorum**

**Introitus.**



Equiæ æternæ dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **Psal:** Te decet hymnus Deus in Sion & tibi reddetur votum in Ierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Réquiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

**P**rophetis Episcopis, seu sacerdotibus.

**ORATIO.**

**D**eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu sacerdotali, fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggre-

gen

gentur consortio. Per Dóminum nostrum IESUM Christum Filium tuum.

**Pro Defunctis Fratribus, Propinquis, & Benefactöibus.**

**O R A T I O.**

**D**EVS, vénia largitor, & humanae salutis amator: quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiōnis Fratres, Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc sæculo transfiérunt, Beata MARIA semper Vírgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitudinis consortium pervenire concédas. Per Dóminum.

**Pro Fidelibus Defunctis generalis Oratio.**

**F**idélium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum, familiarumque tuarū remissiōnem cunctorum tribue peccatörum; ut indulgētiā, quam semper optavérunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

**L**ectio libri Apocalypsis Beati Ioannis Apostoli.

**I**n diébus illis: Audívi vocem de cælo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modò iam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis: ópera enim illorum sequuntur illos.

**Graduale.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. In memoria æterna erit justus; ab auditōne mala non timébit.

**Tractus.** Absolve, Dómine, animas omnium fidélium defunctorum ab omni vinculo delictorum. Et gratia tua illis succurrēte, mereántur euadere iudicium ultionis. Et lucis æternæ beatitudine perfici.

**Sequentia.** Dies iræ, dies illa, &c. supra, 19. **ad libitum.**

**Sequentia S. Evangelij secundum Ioannem.**

**I**n illo tempore; Dixit IESVS turbis Iudeorum; Ego sum panis vivus, qui de cælo descendī. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudei ad invicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis IESVS: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam & ego resuscitabo eum in novissimo die.

**Offertorium.** Domine IESV Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium Fidelium Defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu; libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum; sed signifer sanctus Michaël representet eas in lucem sanctam; Quam olim Abrahæ promisisti, & semini ejus.

Hostias & preces tibi Domine laudis offerimus; tu suscipe primis omnibus illis, quarum

**Missæ propriæ pro Defunctis.**

moriām fācimūs, fac eās Domine  
de morte transire ad vitam.  
**Quam olim Abrahā promisisti, &**  
**fēmini ejus.**

**Pro Defunctis Episcopis, seu Sa-**  
**cēdotibus.**

**Secreta.**

**S**uscipe, Domine quæsumus, pro  
ánimābus famulōrum tuōrum  
Pontificum, seu Sacerdōtum, quas  
offerimus hōstias: ut quibus in hoc  
sēculo Pontificāle, seu Sacerdota-  
le donasti méritum, in cœlesti re-  
gno Sanctōrum tuōrum jubeas  
jungi confortio. Per Dominum  
nostrum IESVM Christum Fili-  
um tuum.

**Pro Defunctis Fratribus, Propin-**  
**quis, & Benefactoribus.**

**Secreta.**

**D**eus, cujus misericordiæ non  
est numerus, suscipe propitiūs  
preces humilitatis nostræ: & ani-  
mabus Fratrum, Propinquōrum &  
Benefactorum nostrorum, quibus  
tui nominis dedisti confessionem  
per hæc Sacraenta salutis no-  
stræ cunctōrum remissionem tri-  
bue peccatōrum.

**Pro omnibus Fidelibus Defun-**  
**ctis, Secreta.**

**H**ostias quæsumus Domine,  
quas tibi pro ánimābus fa-  
mulōrum, famularumque tuārum  
offerimus, propitiatus intende: ut  
quibus Fidei Christianæ méritum  
contulisti, dones & præmiūm Per  
Dóminūm nostrū IESVM Chri-  
stum Filium tuum: Qui tecum vi-  
vit & regnat in unitate Spiritus S.  
Deus, per omnia sēcula sēculorum  
**Amen.**

**Communio.** **L**ux æterna luceat  
eis Domine, ★ Cum Sanctis tuis  
in æternum; quia pius es. Requi-  
em æternam dona eis Domine, &  
lux perpetua luceat eis. **C**ū Sanctis

**Pro Defunctis Episcopis, seu**  
**Sacerdotibus.**

**Postcommunio.**

**P**rofit, quæsumus Dómine, áni-  
mabus famulōrum tuōrum  
Pontificum, seu Sacerdotum, mi-  
sericordiæ tuæ implorata clemen-  
tia: ut ejus, in quo speraverunt &  
crediderunt, æternum capiant te  
miserante consortium. Per Domi-  
num nostrum IESVM Christum  
Filium tuum: Qui tecum vivit &  
regnat in unitate Spiritus sancti  
Deus, per omnia sēcula sēculorum  
**Amen.**

**Pro Defunctis Fratribus, Pro-**  
**pinquis, & Benefactoribus.**

**Postcommunio.**

**P**ræsta quæsumus omnipotens  
& misericors Deus, ut ánima  
Fratrum, Propinquorum & Bene-  
factorum nostrorum, pro quibus  
hoc sacrificium laudis tuæ obtuli-  
mus Majestati, per hujus virtu-  
tem Sacramenti à peccatis ómni-  
bus expiatæ, lucis perpetuæ, te  
miserante, recipiant beatitudinem

**Pro omnibus Fidelibus Defunctis**  
**Postcommunio.**

**A**nimabus, quæsumus Domine  
famulotū, famularumque tuā-  
rum oratio proficiat supplicantium  
ut eas à peccatis ómnibus exuas  
& tuæ Redēptionis facias esse par-  
ticipes. Qui vivis & regnas cū Deo  
Patre in unitate Spiritus sancti Deus.  
per omnia sēcula sēculorum  
**Amen.**

**Epi-**

**E**pistolæ & Evangelia superius positi in una Missa pro Defunctis dici possunt etiam in alia Missa similiter pro Defunctis.

**ORATIONES DIVERSÆ PRO DEFUNCTIS.**  
In die Depositionis, & Anniversario summi Pontificis, dicitur prima Missa ut supra, fol: 19 præter Orationes, quæ dicuntur: ut infrà.

**ORATIO.**

**D**eus, qui inter sūmos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta quæsumus, ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gerēbat, Sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregētur. Per eundem Dóminum nostrum IESVM Christum.

**Seceta.**

**S**vscipe, Dómine quæsumus, pro áнима famuli tui N. summi Pontificis quas offerimus, hostias: ut cui in hoc sæculo pōtificale donasti méritū, in coelesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum nostrum

**Postcommunio.**

**P**rofit, quæsumus Dómine, ánimæ famuli tui N. summi Pontificis, misericordiæ tuæ implorata clementia: ut ejus, in quo speravit & credidit, æternum cāpiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum.

prima Missa, supra 19. **Orationes** verò ut infrà.

**ORATIO.**

**D**eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Pontificali fecisti dignitate vigere. præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregētur consortio. Per Dominum nostrum.

**Seceta.**

**S**vscipe Domine, quæsumus, pro ánimæ famuli tui N. Pontificis, quas offerimus hostias: ut cui in hoc sæculo Pontificale donasti méritū, in coelesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

**Postcommunio.**

**P**rofit, quæsumus Domine, ánimæ famuli tui N. Pontificis, misericordiæ tuæ implorata clementia: ut ejus, in quo speravit & credidit, æternum cāpiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum.

**Pro Episcopo Cardinali  
Defuncto, Oratio.**

**D**eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Episcopum Cardinalem Pōtiscali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoq; perpetuo aggregētur consortio. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

**Seceta.**

**S**vscipe, Domine quæsumus, pro ánimæ famuli tui N. Pontificis Cardinalis, quas offerimus hostias: ut cui in hoc sæculo Pontificale donasti méritū, in coelesti regno

**S**anctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

**Postcommunio.**

**P**rosit, quæsumus Domine, animæ famuli tui N. Pontificis Cardinális, misericordiæ tuæ implorata cleméntia: ut ejus, in quo speravit & credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum.

**Pro Presbytero Cardinali  
Defuncto, Oratio.**

**D**eus, qui inter Apóstolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consilio. Per Dóminum nostrum.

**Secreta.**

**V**iscipe Domine quæsumus, pro anima famuli tui N. Presbyteri Cardinális, quas offerimus hostias: ut cui in hoc sæculo Sacerdotale donásti méritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio.**

**P**rosit, quæsumus Dómine, animæ famuli tui N. Presbyteri Cardinális, misericordiæ tuæ implorata cleméntia: ut ejus, in quo speravit & crēdidit, æternum capiat, te miterante, consortium. Per Dóminum nostrum.

**Pro Diacono Cardinali  
Defuncto, Oratio.**

**I**nclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur:

ut animam famuli tui N. Diáconi Cardinális, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regiōne constituas; & Sanctorum tuorum jubeas esse conformem. Per Dominum nostrum.

**Secreta**

**A**nnue nobis quæsumus Domine, ut animæ famuli tui N. Diáconi Cardinális, hæc pro sit oblatione: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**A**bsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. Diaconi Cardinális, ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria, inter Sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Dóminum nostrum IESVM Christum.

**Pro Defuncto Sacerdote,  
ORATIO.**

**D**eus, qui inter Apóstolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consilio. Per Dominum nostrum.

**Secreta.**

**V**iscipe, Dómine quæsumus, pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quas offérimus hóstias: ut cui in hoc sæculo Sacerdotale donásti méritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consilio. Per Dóminum nostrum IESVM Christum.

**Postcommunio.**

**P**rosit, quæsumus Dómine, animæ famuli tui N. Sacerdotis, misericordiæ tuæ implorata cleméntia:

mémentia: ut ejus, in quo sperávit & credidit, æternum cāpiat, te misérante, consortium. Per Dominum nostrum.

**Si fuerint plures, dicatur ut suprà in iv. Missa fol:**

**Pro Defuncto Episcopo, alia ORATIO.**

**D**A nobis, Domine, ut anima famuli tui **N.** Episcopi, quam de huius sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum tribus esse consortem. Per Dominum nostrum IESVM Christum.

**Secrcta.**

**A**nnue nobis, quæsumus Domine, ut animæ famuli tui **N.** Episcopi hæc prosit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum IESVM Christum.

**Postcommunio.**

**H**is sacrificiis, quæsumus omnipotens Deus, purgata anima famuli tui **N.** Episcopi, ad indulgentiam & refrigerium sempiternum, pervenire mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Pro Defuncto Sacerdote. Et possunt dici pro pluribus in numero plurali.**

**ORATIO.**

**P**ræsta quæsumus Domine, ut anima famuli tui **N.** Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorântem, sacris munib⁹ decorasti, in cœlesti sede gloria semper exultet. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

**Secrcta.**

**S**uscipe, Domine quæsumus, pro anima famuli tui **N.** Sacerdo-

tis, quas offerimus hostias: ut cui Sacerdotale donasti méritum, do-nes & præmiū. Per Dominum nostrum

**Postcommunio.**

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus, ut animam famuli tui **N.** Sacerdotis in congregatiōne justorum, æternæ beatitudinis jubeas esse confortem. Per Dominum nostrum IESVM Christum.

**Pro uno Defuncto.**

**ORATIO.**

**I**nclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordia tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas; & Sanctorum tuorum jubeas esse confortem. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

**Secrcta.**

**A**nnue nobis, quæsumus Domine, ut animæ famuli tui hæc prosit oblatio, quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

**Postcommunio.**

**A**bsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui ab omnivinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos & electos tuos resuscitat⁹ respiret. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

**Pro una Defuncta. Oratio.**

**Q**væsumus Domine, pro tua pietate, miserere animæ famulæ tuæ: & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvacionis partem restitue. Per Dominum nostrum.

## Secreta.

**H**is sacrificiis, quæsumus Domine, anima famulæ tuæ à peccatis omnibus exuâtur, sine quibus à culpa nemo liber extitit: ut per hæc piæ placationis officia, perpétuam misericordiam consequatur. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio.

**I**nveniat, quæsum⁹ Domine, anima famulæ tuæ lucis æternæ consortium: cuius perpetuæ misericordiæ consecutum est Sacramentum. Per Dominum nostrum IESVM Christum.

## Pro Patre &amp; Matre Sacerdotis.

## ORATIO.

**D**eus, qui nos Patrem & Matrem honorare præcepisti: misere clementer animabus Patris & Matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gáudio fac videre. Per Dominum nostrum.

## Secreta.

**S**vscipe sacrificium, Domine quod tibi pro animabus Patris & Matris meæ offero: eisque gaudiū sempiternum in regione vivorum concéde: meque cum illis felicitati Sanctorum conjúnge. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio.

**C**ælestis participatio Sacramenti, quæsumus Domine, animabus Patris & Matris meæ requiem & lucem obtineat perpetuā: meque cum illis gratia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum IESVM Christum.

**S**i pro Patre tantum, vel Matre tantum, dicitur in singulari.

## ORATIO.

**D**eus, qui nos Patrem & Matrem honorare præcepisti: miserere clementer animæ Patris mei (vel Matris meæ) ejusque peccata dimitte; meque eum (vel eam) in æternæ claritatis gáudio fac videre. Per Dominum nostrum.

## Secreta.

**S**vscipe sacrificium, quod tibi pro anima Patris mei (vel Matris meæ) offero; eique gaudium sempiternum in regione vivorum concéde; meque cum illo (vel illa) felicitati Sanctorum conjunge. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

## Postcommunio.

**C**ælestis participatio Sacramenti, quæsumus Domine, animæ Patris mei (vel Matris meæ) requiem & lucem obtineat perpetuam; meque cum illo (vel illa) grátia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum.

## Pro Defunctis Fratribus Propinquis, &amp; Benefactoribus.

## ORATIO.

**D**eus, veniæ largitor, & humanae salutis amator; quæsumus clementiam tuam, ut nostriæ Congregationis Fratres Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc sæculo transferunt; Beata MARIA semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

## Secreta.

**D**eus, cuius misericordiæ non est númerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ; & animabus

imabus Fratrum, Propinquorum, & Benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessio- nem, per hæc Sacra- menta salu- tis nostræ, cunctorum remissiōnē tribuc peccatorum. Per Dominū.

Postcommunio.

**P**ræsta, quæsumus omnipotens & misericors Deus: ut animæ Fratrum, Propinquorum & Benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus Majestati; per hujus virtutem Sacramenti à peccatis omnibus expiatæ, lucis perpétuæ, te mire- rante, recipiant beatitudinem Per Dominum nostrum.

Pro his qui in cæmitorio requie- scunt. Oratio.

**D**eus, cujus miseratione animæ Fidelium requiescant: famulis & famulabus tuis, & omnibus hic & ubique in Christo quiescenti- bus, da propitius veniam peccató- rum; ut à cunctis reatibus absolu- ti, tecum sine fine latentur. Per eundem Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum.

Secreta.

**P**ro animabus famulorum famu- larumq; tuarum & omnium Catholicorū hic & ubique in Chri- sto dormientium, hostiam, Domi- ne, suscipe benignus oblata: ut hoc sacrificio singulari, vinculis hor- rendæ mortis exuti, vitam mere- antur æternam. Per eundem Domi- num nostrum IESUM Christum

Postcommunio.

**D**eus, Fidelium lumen anima- rum, adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulabus

tuis, quorum corpora hic & ubi- que in Christo requiescant, refri- gerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundem Dominum nostrum IESVM Chri- stum Filium tuum.

Pro pluribus Defunctis.

ORATIO.

**D**eus, cui propriū est misereri sā- per & parcere: propitiare ani- mabus famulorū famularūque tua- rū, & omnia eorum peccata dimit- te; ut mortalitatis vinculis absolú- tæ transire mereantur ad vitam. Per Dominum nostrum IESVM Chri- stum Filium tuum.

Secreta.

**A**nne nobis, quæsumus Do- mine, ut animabus famulorum famularumq; tuarum hæc pro sit o- blatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

Postcommunio.

**D**eus, cui soli competit medi- cīnam præstare post mortem; præsta quæsumus: ut animæ fa- mulorum famularumque tuarum terrenis exutæ contagiis, in tuæ re- demptionis parte numerentur Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus.

Alia pro pluribus Defunctis.

ORATIO.

**A**nibus, quæsumus Domi- ne, famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam: ut eis proficiat in æternum, quod in te speraverunt & cre- diderunt. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum.

## Secreta.

**H**is, Domine quæsumus, placatus intende muneribus: & quod ad laudem tui nominis supplicantes offérimus, ad indulgentiam proficiat Defunctorum. Per Dominū nostrū IESVM Christū Filiū tuum. **Postcommunio.**

**S**Vpplices, Domine, pro anima bus famulorum famularumque

tuarum preces effundimus, obsecrantes. ut quidquid conversatio ne contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lètantium constituas redemptorū. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum. ✠ Amen

Super Tumulum Defuncti  
ORATIO

**A**Desto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris, & piis aures tuas ad preces nostras inclinare digneris, ut nos de throno maiestatis tuæ clementer exaudiás, & orationes famulatus nostri dignanter admittas. Te invocamus Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, pro anima famuli tui **N.** quem hodierna die de hac luce vocare dignatus es, ut jubeas ei præparare paradisi tui loca videntia, nō exurat eum flamma ignis crudelis gehennæ: quia propterea Dominus noster Iesus Christus filius tuus in ligno crucis, sub Pontio Pilato pati dignatus est, ut animas, quæ per Adæ transgressionem perierāt, sua sancta resurrectione, ab inferni clausis liberaret. Cofundantur ergo gehennæ ianitores, & ministri nequitiae erubescant. Deducant eam Angelicæ potestates in sinus Patriarcharum, Abrahæ, Isaac, & Iacob,

patrum nostrorum; consequatur à tua potentia paratam electis jucunditatem, & à dextris hereditate adeptā lètetur; ut cum dies ille tremendæ agnitionis tuæ, advenerit; una cum sanctis & electis tuis, qui eibi placuerunt, resurgere mereatur ad indulgentiam, non ad pœnam. Et animam illam quam fontis unda perfudit, & christma salutis ininxit, non sinas flamarum ardoribus cruciari, nec peccatorū vinculis alligari; sed liberam rede Paradiso tuo; per indulgentiam pietatis tuæ, quia tuam clementiam dum in hoc sæculo constitit, non negavit. Per Christum Dominum nostrum. ✠ Amen.

✠ Requie æternam dona eis Domine. ✠ Et lux perpetua luceat eis


✠ Requiescant in pace. ✠ Amen.

Animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei, requiescant in pace.


✠ Amen.













2